e-codices

Veterē atq; antiquā rē nouā ad uos ꝓferam.
Propterea ornatus in nouum inceſſi modū.
Nam meus pater intus nūc eſt: eccum iuppiter
In amphitrionis uertit ſeſe imaginem.
Omnesq; eum eſſe cenſent ſerui qui uident.
Ita uerſipellem ſe facit quando lubet.
Ego ſerui ſumpſi ſoſiæ mihi imaginem:
Qui cum amphitryone abiit hinc in exercitū
Ut preſeruire amanti meo poſſem patri.
Atq; ne qui eſſem familiares quaererent
Uerſari crebro hic quū uiderent me domi
Nūc eū eſſe crederent ſeruū: et conſeruū ſuū.
Haud quiſq̄ queret qui ſiem: aut quid uenerim
Pater nūc intus ſuo aīo morem gerit.
Cubat complexus: cuius cupiens maxīe eſt
Que illic ad legionem facta ſunt memorat pater
Meus alcumene: illa illū cenſet uirum
Suū eſſe, que cū moecho eſt. ibi nūc meus pr̄
Memorat legiones hoſtiū ut fugauerit:
Quo pacto ſit donis donatus plurimis
Ea dona quæ illic amphitryoni ſunt data
Abſtulimus: facile meus pr̄ quod uult facit
Nūc hodie amphitryo ueniet huc ab exercitu:
Et ſeruos cuius ego hanc fero imaginem.

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 172, f. 28r – Anthologia latina
(http://www.e-codices.ch/fr/fmb/cb-0172/28r)